

sur donec à Santa Sede recognite super iisdem propositionibus iudicium preferantur.

Franciscus Ricardus S. Rom. & Univers. Inquis.

Not.

Loco ✠ Sigilli.

Premissum Decretum fuit publicatum 4 Martii 1679.

### 3. PROPOSITIONES DUÆ DE PECCATO Philosophico ab Alex. VIII. damnatae.

Feria v. die 21 Augus. 1679.

In Cong. Gener. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. &c.

**S**anctissimus D. N. Alexander Papa VIII. non sine magno animi sui maiore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam deno, & in maiorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erupere; & cum sui Pastoralis Officii munus sit Oves sibi creditas à noxiis pastuis avertire, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesem, five propositionem examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra Hereticam pravitatem Generaliter Inquistoribus sedulè commisit, qui plures, re mature discussa, infra scriptis Thebüs, seu Propositionibus super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctissati Sue sigillatae exposuerunt.

1. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretatione. Hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vita sua moralis.

2. Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens natura rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale est transgressio libera Divine legis. Philosophicum, quantumvis grave in illo, qui vel Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat, et grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale disolvens amicitiam Dei, neque æternæ pœna dignam.

Quibus perdit, Sanctissimus, omnibus plenè, & maxime consideratis, primam Thesem, seu Propositionem declaravist hereticam, & uia talem damnandam, & prohibendam esse sciuī damnat, & probaret sub Censuris, & panis contra Hereticos, & eorum factores in jure expressis. Secundam Thesem, seu Propositionem declaravist scandalosam, temerariam, piauam aurum offendit, & erroream, & uia talem damnandam, & prohibendam esse, sciuī damnat, & probaret, ita ut, quicunque illam docuerit, defendatur, ediderit, aut de ea etiam disputatione publice, seu privatae tractaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non posse ( preterquam in articulo mortis) ab alio quamque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvit. Insuper dividitur in virtute sancta obedientia, & sub intermissione Divini Judicij probaret omnibus Christi fidibus.

3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit sacerdotium pro nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliqui hujus generis nullum omnino accipiunt à Jesu-Christo influxum, adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermeam, sine omni gratia sufficientem.

6. Gratia sufficientis statui nostro, non tam utilis, quam perniciosa est, sic ut prouide merito possimus petere, à gratia sufficienti Libera nos Domine.

7. Omnis humana actio delibera, est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, Charitas Patris est, si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8. Necesse est infidelem in omni opere peccare.

9. Re vera peccat, qui odio habet peccatum meum ob ejus turpitudinem, & inconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offendit respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosecuitur bonum, merè ut celestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, qua per dilectionem operatur, peccatum est.

Quan-

speciali, & specialissima nota dignis, ne predictam Thomam, seu Propositionem, ad proxim deducant.

Loco ✠ Sigilli.

Alexander Speronus S. Rom. & Univers. Inquis. Not.  
Premissum Decretum fuit publicatum 24 Augusti 1690.

### 4. PROPOSITIONES 31 AB ALEX. VIII. damnatae.

Feria v. die 7 Decem. 1690.

In Cong. Gener. S. R. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. &c.

**S**anctissimus D. N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. predictus: Pro Pastorali cura Ovium à Christo Domino, sibi commissa de eorum salute solicitas, ut inoffenso gradu per rectas seminas positis incidere, & pacuisse nimium perniciosa in pravis doctrinis exhibita viare, unius supra tringula Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra Hereticam pravitatem Generaliter Inquistoribus sedulè commisit, qui plures, re mature discussa, infra scriptis Thebüs, seu Propositionibus super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctissati Sue sigillatae decularunt.

1. In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, & libertate Adami peccantis.

2. Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa, non excusat a peccato formalis.

3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit sacerdotium pro nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliqui hujus generis nullum omnino accipiunt à Jesu-Christo influxum, adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermeam, sine omni gratia sufficientem.

6. Gratia sufficientis statui nostro, non tam utilis, quam perniciosa est, sic ut prouide merito possimus petere, à gratia sufficienti Libera nos Domine.

7. Omnis humana actio delibera, est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, Charitas Patris est, si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8. Necesse est infidelem in omni opere peccare.

9. Re vera peccat, qui odio habet peccatum meum ob ejus turpitudinem, & inconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offendit respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosecuitur bonum, merè ut celestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, qua per dilectionem operatur, peccatum est.

### Prop. ab Alex. VII. damn.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamsi videantur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13. Quisquis etiam aeterna mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehenne non est supernaturalis.

15. Attrito, que gehenna, & peccatum metu concipitur, sine dilectione benevolentia Dei propter fe, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16. Ordinem prænuntiati satisfactionem abfolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesie, sed ipsi Christi lex, & prescriptio natura rei id ipsum quedammodo dictante.

17. Per illam proxim mox absolvendi,ordo penitentia est inversus.

18. Confutudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentia, etiam si eam plurimorum hominum sustentat auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmer, nihilominus ab Ecclesiæ non habetur pro usu, sed abuso.

19. Homo debet agere tota vita penitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud Religiosos factæ, plerique, vel sacrilegi sunt, vel invalida.

21. Parochianus potest suscipiri de Mendicantibus, qui elemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua penitentia, seu satisfactione ob quantum, seu lucrum subfidii temporalis.

22. Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipieadam prætendunt, antequam condignam de delictis suis penitentiam egerint.

23. Similiter arcendi sunt à Sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtions expers.

24. Oblatio in Templo, quæ fiebat à B. M. V. in Purificationis sua per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indiquerit purificationes, & quod filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset, secundum verba legis.

25. Dei Patris fidentis Simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

26. Laus, quæ defertur Mariae, ut Maria, vana est.

27. Valuit aliquando Baptismus sub haec forma collatus: In nomine Patris, &c. prætermis illis: Ego te baptizo.

28. Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: Non intendit facere, quod facit Ecclesia.

29. Utilis, & toties convulsa est assertio do Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritatem, atque in fidei questionibus decernendis infallibilitatem.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absoluere potest tenere, & docere, non recipiendo ad ullam Pontificis Bullam.

31. Bulla Urbani VIII: In eminenti, est subrepentina.

Quibus maturè consideratis idem Sanctissimus statuit, & decrevit 31. supradictas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, injuriosas, Haræ proximas, Heresi sapientes, erroneas, Schismatis, & Hereticas respectively, esse damnandas, & prohibendas, scilicet eas damnat, & prohibet, ita ut quicunque illas, aut conjunctim, aut divisi docuerit, defendatur, ediderit, aut de eis etiam disputaverit publicè, aut privatum trahaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non posset ( preterquam in articulo mortis) ab aliis quacunque etiam Dignitate fulgere, nisi pro tempore existente Romano Pontifice, absolvit.

Insuper districte in virtute sancta obedientia, & sub intermissione Divini Judicij probabit omnibus Christi fidibus, cuiuscumque conditionis, Dignitatis, & Status, etiam speciales, & specialissima nota dignis, ne predictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad proxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua, per hoc Decretum alias Propositiones in majori numero ultra supradictas 31. jam exhibitas, & in hoc Decreto non expressas approbat.

Alexander Speronus S. Roman. & Univers. Inquis. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Premissum Decretum fuit publicatum 20. Decembris 1690.

### PARS PRIMA.

### DE REGULA ACTUUM HUMANORUM.

#### CAPUT PRIMUM.

##### DE CONSCIENTIA, REGULA INTERNA ACTUUM HUMANORUM.

Conscientia est dictamen, seu judicium rationis, quo quis judicat aliquid hic, & nunc esse licitum, vel illicitum, ac prædictum hic, & nunc pendendum, vel omitendum, ex præcepto, vel consilio.

A synderei differt, quia synderesis judicat de principiis moralibus universalibus; conscientia vero de conclusionibus particularibus ex illis deducit.

Intellectus enim noster prædictus actiones nostras

in genere moris dirigit per hunc, & similes syllogismos, v. gr. Tempore Quadragesima, qui est talibus circumstantiis, ut habeat necessitatem carnis, non tenetur abstinerre à carnis; sed hodie, quo est tempus Quadragesima, Ego sum sub talibus circumstantiis, puta indispositis, &c. ut habeam necessitatem carnis; ergo non reueror hodie abstinerre à carnis; in quo, & simili syllogismo majorem universalem format syndecis, seu ethica, minorem vero particularem, & conclusio nem exformat conscientia, seu prudenter: in qua minori exformanda, nempe quod hic, & nunc habeam necessitatem carnis, diversa, immo major difficultas habetur, ita ut sapere viti docimini, qui faciliter judicant de majori, nescient se determinare ad minorem, quia pendet ex variis considerationibus, & circumstantiis particularibus, qua haud ita faciliter discernuntur ab omnibus.

6. Ex quo fit, quod quamvis in universalis iudices esse in quadragesima jejunandum, si tamen in particulari iudices hic, & nunc, & sub talibus circumstantiis non esse à te jejunandum, non jejunando non peccas, quia licet agas contra prius iudicium, non agis contra posterius, in quo propriè conscientia consistit.

7. Conscientia igitur est intrinseca, & proxima regula juxta quam suas actiones homo dirigere tenetur, à qua proximè derivatur in actum moralitas, bonitas nempe, aut malitia; lex vero externa est regula remota, in quantum est radix, unde oritur bonitas, aut malitia objecti: quia tamen non transfundit in actum bonitatem, aut malitiam, nisi ut est in conscientia, & ab ea proponitur voluntati, id est conscientia est regula proxima, cui, si actus conformatur, sunt boni, si disformatur, mali.

Hinc non raro contingit, ut actus sit bonus, & objectum in se malum; & è converso; unde si quis ex invincibili ignorantia judicare licet, esse futurum ad faciendum elemosynam pauperi graviter indigentem, furando non peccaret, quamvis ejus objectum sit in se malum; quia actus non specificatur ab objecto, ut est in se, sed ut à conscientia dictamine voluntati proponitur.

Conscientia dividitur in Rectam, Erroneam, Dubiam, Probabilem, & Scrupulosam.

#### CONSCIENTIA RECTA,

8. SEU certa est, que iudicat objectum esse honestum, vel turpe, preceptum, vel prohibitum, sicut revera est, absque formidine de opposito; ut cum judicas ex nulla causa licitem esse mendacium.

#### CONSCIENTIA ERRONEA

9. EST, que ex principio certe falso falsam conclusionem deducit, seu, que dicit aliquid esse faciendum, vel non faciendum, quod revera non est tale, absque motivo probabili: ut cum quis iudicat licetum esse mentiri ad reparandum damnum alterius, & inde concludit hic, & nunc sibi licere mentiri ad reparandum damnum sui filii.

10. Conscientia erronea ex ignorantia invincibili obligat ad actum dictatum, non obstante, quod objectum sit revera malum: unde excusat à peccato, immo peccas, si ei non conformeris; quia ex num. 7. Conscientia est regula proxima, secundum quam actus nostri regulari debent, eique conformari, ut sint boni; unde quod est contra conscientiam, peccatum est; iuxta illud Apostoli ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est. Hinc conscientia erronea dicitur recta, non simpliciter, sed secundum quid, nempe in ordine ad nos.

11. Qui peccat ex conscientia erronea; peccat peccato ejusdem speciei, & qualitatis, quam intellectus judicat: quia objectum specificum actum prout hic, & nunc ab intellectu proponitur. Unde, qui habet rem cum libera, putans eam conjugata, adulterium commitit.

12. Et licet sufficit in confessione dicere: adulterium commisi, absque eo quod exprimat id fuisse ex errore, consilium est, si aperiat.

13. Conscientia erronea ex ignorantia invincibili non obligat voluntatem, nec ad operandum, nec ad non operandum, sed ad errorem deponendum: ita ut sine juxta eam, sine contra eam agas, peccas; gravius tamen, si contra eam quando ante confitimus tibi occurrit expressa dubitias, aut prudens suspicio erroris, cum possis liberè vincere errorem, illumque depolare, vel attentius rem considerando, vel consilium querendo à viro putato doceo (ut supponitur) si non deponas, te exponis periculu peccandi; & inde peccas, tam si juxta, quam si contra conscientiam agas. De ignorantia fatis dictum est in tom. 2. à num. 375.

14. Diligentia ad ignorantiam vincendam, & ad nostras obligationes investigandas non debet esse omnisi possibilis, quia si totam Civitatem quis circuire deberet, quod est valde durum humanæ conditioni, sed facienda est more humano, & remittenda iudicio prudenti hic, & nunc, & juxta qualitatem materie: major enim diligentia est adhibenda in iis, quæ sunt juris naturalis, quæ positivi: major, ubi adest dampnum tertii, quæ ubi non adest; major, dum de vita, quæ dum de bonis agitur. Et universaliter ad illam diligentiam tenetur, quæ sufficit ad formandum iudicium probable de re, quæ inquirimus, juxta dicta de conscientia probabili à num. 60.

15. Hinc, si dubitas, an hodie sit jejunandum, non teneris adire Episcopum, aut Parochum; sed suffici, si interroges Concionatorem, aut virum probum, qui prudenter existimet, quod sciat. Si dubitas, an hoc sit peccatum, requiritur, quod interroges virum doctorem in moralibus verbatim. Si dubium sit in fide, requiritur, quod confulas virum doctorem, & in Theologia peritum, aut Parochum.

16. Quod si hic, & nunc reperiaris sub talibus circumstantiis, ut imminent executio, aut omissione operis, quam conscientia dicit, & tu non possis conscientiam deponere, in quantum non adest quem consultas, tunc ignorantia redditur invincibili, quoniam hic

#### Conscientia Erronea, Dubia.

hic, & nunc eam superare non vales. Unde talem conscientiam sequi teneris, & non peccas, quia est conscientia invincibiliter erronea. Et ex D. Aug. 3. de Lib. arbit. cap. 19. Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. Vide num. 10. & 33.

#### CONSCIENTIA DUBIA,

17. SEU dubium, est suspensus intellectus circa utramque partem contradictionis: & tunc habetur, quando intellectus pender in æquilibrio; in neutram partem potius inclinans, saltim notabiliter, etiam si aliquales leviter conjecture sine probabilitate ratione altera erunt.

18. Ab opinione differt, quia dubitan ad neutram partem se determinat, sed antecipet manet, & suspensus, opinis vero determinat eum parti assentient.

19. Dubium est duplex, negativum scilicet, & positivum. Negativum est suspensus intellectus ex defectu motivi, & rationis circa utramque partem contradictionis. Sic ruficus dubitans ad hodie debeat jejunare, ex sola ignorantia, qua nescit an sit, vel non sit praecipuum. Positivum est, cum intellectus, considerat rationibus, & motibus, five levibus, five probabilibus, pro utramque parte contradictionis, manet in equilibrio, & suspensus ad neutram partem se determinans.

20. Ex quo tria colliges. Primo, quod si rationes leves sint pro utraque parte contradictionis, dubium est positivum; quia ex motibus positivis. Imò rationes leves fortius causant dubium, quam probabilitates. Si vero ratio levius sit pro una solùm parte, dubium est negativum, & ratio est contemenda pro ea parte, pro qua sit, quia dubium debet esse prudens.

21. Secundo, quod dubium ad opinione differt, non quia opinio habet rationes probabiles pro utraque parte, sed quia est iudicium, & assensus determinatus ad alteram partem, licet cum formidine de opposito: dubium vero dicit suspensem assensum, & iudicium determinati ad alteram partem; nam sapere, licet sint rationes probabiles pro utraque parte, intellectus inexpertus nescit prudenter se determinare ad alteram partem, sed manet dubius, & suspensus, hinc stat dubium cum motibus probabilibus pro utraque parte, quia in intellectu experti, & prudentis sufficiunt ad formandum iudicium determinatum opinatum, seu probabile.

22. Tertiò, quod ad dubium tria requirantur, 1. Suspenso iudicij in utramque partem. 2. Cogitatio de utraque parte contradictionis. 3. Quod suspensus sit ex defectu motivi actu determinantis ad alteram partem. Hinc, si quis non cogitet de utraque parte contradictionis, tunc non erit dubium, sed dilatatio, aut oblivio, de qua non curamus.

23. Item dubium est duplex, juris, & facti. Dubium juris est dubium de lege, seu obligatione, ut cum dubitas, an hodie urgeat praecipuum audiendi Sacrum, vel non. Dubium facti est, cum dubitas, an aliquod opus sit factum, vel omisum, ut cum du-

bitas, an confessus sis peccatum, quod commissisti, vel non. An horas recitaveris, vel non.

24. Denique dubium, aliud est speculativum, aliud practicum: speculativum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate objecti, seu actus in genere; ut cum dubitas an hodie sit praecipuum audiendi Sacrum. An res, quam possides, sit tua, &c. practicum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate actionis hic, & nunc exercenda: ut cum dubitas, an hodie excusaris ab auditione Sacri. An hic, & nunc tenearis rem restituere.

25. Qui operatur cum conscientia speculativa dubia, non peccat, si practice judicet, opus illud esse hic, & nunc fibi licitum, quia conscientia practica est regula proxima. Vide num. 5.

26. Qui vero operatur cum conscientia practica dubia, peccat peccato ejusdem qualitatis, & speciei cum eo, de quo dubitas; quia se exponit periculo peccandi eo peccato, cum non habet iudicium determinatum de honestate sui actus. Vide num. 11.

27. Hic debet suam actionem suspendere, donec re mature, seu humano more examinata, dubium prudenter deponat; formando iudicium determinatum de honestate actionis. Vide num. 77. 14. & 15.

28. Dubium autem deponi debet prudenter, & rationabiliter, & non sufficit, si leviter ex solo voluntatis imperio; unde motivum esse debet rationabile, & prudens, sufficiens ad formandum iudicium prudens.

29. Hic validè juvat attendere ad regulas juris communis, praesertim ad duas: In dubiis tuor pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis. Quae regulæ non sunt opposita; nam si superveniat dubium, an res, quam bona fide possides, sit alterius, tunc, si facta diligenter, non certe tibi bi confite esse alterius, sed adhuc maneat dubius, tunc est, ut teneas partem, quæ possessioni favet, juxta aliam regulam: Tene certum, & omite incertum. Et in dubiis benigniore partem sequi non est minus iustius, quanquam.

30. Si, facta diligenter, invenias motivum, quo dignoscas alteram partem esse vere probabilem, tunc potes illam eligere juxta dicenda de conscientia probabili; quia tunc conscientia dubia translat in probabilem. longum non est. A manu, castren manerit.

31. Si, facta diligenter, adhuc maneat dubius, tunc debes operationem suspender, usquequod ulteriori diligenter adhibita, rationabiliter dubium deponas.

32. Quod si necessarium operari debetas, tunc debes eligere partem tuorēm, nempe, id in quo non est periculum peccandi; aut id, quod est minus malum, nam ex cap. Duo mali, &c. Nervi, dist. 13. ex duobus malis minus est eligendum. De quo futus infra. Tunc inquam non eligis illud, ut malum, sed ut bonum; quia hic, & nunc in tali casu nihil facere potes, quod melius sit. Denique, si utrumque appetat æquale, tunc potes eligere quod vis, quia tunc hic

ignorantia est invincibilis. Quod est verum, etiam in tales angustias constitutis reperiari ex tua præterita negligencia culpabili; tunc namque sufficit, quod de præterita negligencia doleas.

33. Exemplum. Si die festo, tu assensis infirmo periclitanti, dubites, aut ex conscientia erronea putes esse aquale peccatum deferere infirmum, & omittere Sacrum, & diligentiam adhibere non valles, quatenus peritum promptum non habeas, quem confutas; tunc potes sine peccato, quam partem mavis eligere; quia in tali causa ignorantia est invincibilis, operatio imminet, & non vales utrumque præceptum exequi Charitatis, & Religionis.

34. Ceterum regula num. 29, relata sunt ferè sufficietes ad rationabiliter dependendum dubium, quando propria materia motiva non suppetunt: unde breviter expounduntur.

*In dubiis tuor pars est eligenda.*

35. Hæc regula non semper habet vim præcepti, sed sèpè vim confili.

36. Tenetur ex præcepto, partem tuorem eligere in dubiis, sive facti, sive juris, quod valorem Sacramentorum. Item quando alter imminet proximo periculum gravis damni, seu quando non licet sequi opinionem probabilem, relicta tutioxi, *ut inf.*

37. In aliis verò materiis non est cum tanto rigore discurrendum: non tenetur, inquam, eligere partem tuorem, nisi lex aliqua precipiat, ut pars tuior eligatur: quod maximè est verum, si ex parte tuiori grave aliquid incommodum sequeretur. Ratio est, quia in aliis materiis non habetur periculum, quod in prioribus casibus, quale est periculum invaliditatis Sacramenti, aut damni gravis proximi.

38. Exempla: Si dubium sit, an infans fuerit baptizatus. An sub legitima forma, & intentione: debet iterum sub conditione baptizari. Sic Medicus tenetur tutius medicamentum eligere, si possibilitas adest.

39. In dubio, an sis illegitimus, aut irregularis, non teneris sequi partem rigidiorem, & tuorem, quod sis talis; quia melior est conditio possidentis; & in dubiis favendum est Reponam Reo suffici obligacionem negare, quam Actor tenetur probare. Quo non obstante *ex cap. Ad audiencem, & cap. Significati* determinatur, quod in dubio homicidii censeri debeat quis irregularis, & quod teneat se abstineri à ministerio Altaris, ubi lex potius attendit ad reverentiam Altaris, quam ad commodum privatae personæ. Eum tamen non juber beneficis Ecclesiastis spoliari: quia non vult ob solum dubium, tam notabile detrimentum inferre.

40. Quæ regula universaliter locum habet, ne dum in materia justitiae, verum etiam in materiis aliarum virtutum, voti, legis, &c. quia universaliter ius actuale certum unius, quod in actuali posse

supponitur, non debet vinci per jus dubium alterius. Hinc qui bona fide possedit equum, non tenetur eum restituere per dubium supervenientem, quod sit Petri.

41. Item locum habet ne dum de possessione rei, aut juris, seu legis, sed etiam libertatis; ita ut si facta diligentia, adhuc dubium perseveret, lictum est dubitanti sua libertati favere, & partem quam vult sequi, ut *ad num. 29.* quia libertas est maximum bonum naturale à Deo collatum homini, qui voluntas dicitur potentiarum animæ Regina, & de qua Poeta cecinit: *Non bene pro toto libertas venditur auro:* unde nemo est spoliandus libertate ob obligationem dubium.

42. Libertas autem cedit legi, ita ut si possidisti pro lege, spoliatur homo possessione sua libertatis; quia nostra libertas non est à legi soluta, sed subdita Deo, & inde potestati, iuxta illud Pauli ad Rom.

13. *Omnis anima potestatis sublimioribus fiditatis sit non est enim potestas nisi à Deo, &c. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.*

43. Exempla: In dubio, an lex adsit, aut præceptum, manet in possessione libertas; quia nemo spoliari potest jure, quod certo posidet per obligationem dubium, aut impedimentum dubium.

44. Hinc cum, qui dubius de media nocte comedit, & qui manè incepit dubitare, an comedere, aut biberit post medium noctem, posse manè communicare; docent Diana, Bardi, Verricelli, & alii Doctores gravissimi. Et similiter eum, qui nocte Jovis dubitat, an sit media nox, posse carnibus vesicidire. *Vide ver. Jeuanum.*

45. In qua tamen re ego puto, ut sic dubitans ob Sacramenti reverentiam, manè à communione se abstineat, nisi adit necessitas, aut urgens causa communicandi.

46. Certus de lege, dubius tamen, an casus particularis sit sub ea comprehensus, non ligatur lege, sed fiat in possessione libertatis; quia pro tali casu in particulari non constat de lege. Unde, si es certus de præcepto, quod hodie sit dies festi, & tenearis ab operibus servilibus abstinere, dubites tamen, an pingere, aut typos compонere sit opus servile, non obligari ab illo abstinere. Semper tamen recurrent dicta de diligentia præmittenda *ex num. 13. ad 16.*

47. E contra. Si constat de lege, sed dubites, an ei satisficeris, satisfacere teneris, quia possidisti stat pro lege, cui quidem cedit libertas. Hinc dubitans, an horas persolvitur, teneat illas persolvere.

48. Dubius de legis iustitia obedire tenetur, quia superior est in possessione juris præcipiendi, quo spoliari non potest per purum dubium subditum.

49. Certus de lege, dubius, an sit acceptata, aut postea abrogata, lege ligatur; quia possidisti stat pro lege, quae est prior dubio. Quamplures autem tenent, dubium, an lex sit acceptata, non ligari leges quia cum lex saltim civilis sine acceptatione sit invalida, dubium, an lex sit acceptata, par est ac du-

bium,

## Conscientia Probabilis.

bium, an lex adsit, de quo *num. 199.* unde possessionem stare dicunt pro libertate.

### CONCIENTIA PROBABILIS

50. *E*ST juditium gravi ratione, vel auctoritate munirum.

51. Dicitur probabilis extrinsecus per auctoritatem; extrinsecus per rationes ab auctoritate distinctas.

52. Differt à conscientia dubia, quia in dubio moriva relinquunt intellectum suspensum, in opinione pro se sufficiunt ad determinandum intellectum prudenter ad alteram partem. Quæ differentia non semper provenit ex parte motivorum, sed etiam scilicet ex parte solius intellectus virtutem motivorum penetrare nescientis.

53. Item opinio alia est verè probabilis, quæ scilicet gravi nititur fundamento. Alia est tenuiter probabilis, quæ scilicet est leviter, aut dubiè probabilis, in quantum levitatem fundamento; unde improprie dicitur probabilis, non verè; quia cum sit levius mutuus fundamento, non est sufficiens ad formandum iudicium prudens, quod secundum eam licet hic, & nunc operari. Talis 1. est opinio, quam unus, vel alter docet, & non habet rationem intrinsecam; vel si habet, non est firma, sed levis. 2. Si unus, vel alter eam docet, quamplures autem Doctores classici eam parum tutam, aut non audiendam assertant. 3. Si per transitum unus, vel alter eam assertat, sine sufficienti examine, praesertim, si alius, qui ex professo de ea agit, firma ratione oppositum teneat. In his namque, & similibus casibus, cum talis opinio sit leviter probabilis, & ad summum dubium probabiliter, non licet ei prudenter adhucere, sed eligenda est pars tutor, juxta regulam dubii. *Vide Prop. 3. ab Innoc. XI. damn. p. 3.*

54. Unus autem Auctor potest facere opinionem verè probabilem, si plures classicos Doctores pro ea citet, & sit fidus in citando: haec ratione, qui libros non habet, rectè agit, dum acquiescit consilio aliquius viri docti in Morali perito, afferentis talem opinionem esse probabilem.

55. Item potest contingere casus, ut opinio unius Doctoris sit verè probabilis, etiam quamplures Doctores contrarium teneant; si Auctor ille non sit notitatis amicus; sed veritati studeat, & validè peritus, quod ex aliis ejusdem doctrinis colligi potest, si rationes ita firmas afferat, quæ faciliter aliorum rationes infringant; ratio enim est anima legis.

56. Demum idem est, si Auctor ille suam assertionem firmiter ex principiis communibus deducat.

57. Hinc nonnullas Propositiones damnatas videmus, quæ ante ut firmas à quam plurimis vulgaris Doctoribus decebantur.

58. Praefatis autem qualitatibus, & administris seclusis, non sufficit unus Auctor modernus ad constituentiam opinionem probabilem. *Vide Prop. 27. ab Alex. VII. damn. pag. 2.*

## QUÆSTIO

59. Celebris est: *An licet sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam in concursu opinionis probabilioris, seu tutoris?*

A Scertio 1. Quando agitur de sola honestate actionis, an licita sit, vel non, licitum est sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relictâ probabiliori, seu tutori.

Hæc Sententia non est moderna, ut dicunt contrarii, maximè Fagnanus in lib. 1. Daret. C. Ne immaturi, &c. & Gonzalez, sed fatis antiqua, quam in numeri Doctores, tam recentes, quam antiqui docent, quos prosequuntur Verricelli trah. 2. quest. 10. Tambar. tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 22. Matruius disp. 1. quest. 4. Cardenas disp. 4. cap. 1. Gobat tom. 1. trah. 1. num. 100. & tom. 2. In quinaria trah. 1. Mendo in Epiph. in discursu circa opinionem probabili.

60. Ratio principalis est: Primum, quia qui operatur juxta opinionem minus probabilem, & minus tutam, non temere, sed prudenter operatur, quoniam non ex levi, sed ex gravi fundamento moveatur, opinio enim minus probabilis, & minus tutam est gravi fundamento munita, est namque sermo de opinione minus probabili, quæ est verè probabilis, & tutæ, & cum liceat prudenter operari, licitum est sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, quæ sit verè probabilis, probabiliori, & tutori relictâ, quando agitur de sola honestate actionis.

61. Secundum, quia Sententia, quæ universaliter in omni materia negat, non parum angit conscientias scrupulis. 1. Quia multiplicat obligationes, & præcepta, dum universaliter obligat ad eligendas opiniones probabiliores, & tutori. 2. Quia frequenter difficile est, praesertim timoratis, opiniones flatera ponderare, & inde probabiliores eligere: nam etiam quoad hoc non vulgare est dissidium inter Autores peritissimos, qui fibi contradicunt; quilibet enim probabiliorum suum putat opinionem, id negantibus aliis, quod maximè liquet inter Doctores celebres diuimus insignium Scholarum Thomisticae, & Scoticae. Jugum autem Christi est suave, & onus leve.

Confirmatur: leges divinae positiva sunt interpretandas benignè. Eccl. 4. In iudicando ego pupillis misericordis. Et Matth. 11. Jugum meum suave est, & onus meum leve. Ita, & leges Ecclesiasticae, & Canonicae, cap. Obligant. 26. quest. 7. Eo maxime quia Jugum Canonicum imitari debet ius Divinum quoad fieri potest. Innoc. III. C. Qualiter, & quando 2. de Accusa. Qualiter, & quando à Magistris Ecclesiasticis procedendum sit ad punientes subditorum excusus ex autoritatibus novi, & veteris Testamenti colligitur, ex quibus postea processuari Canonicae Sanctiones.

Et Gerfol. num. 133. apud Gobat tom. 2. trah. 1. sect. 12. num. 180. Cum nulla pars patitur, ut quæ salubriter pro utilitate humani introducantur, ea nos

duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem, text. l. 15, ff. de Leg. Idem monitum in specie de lege positiva Christi quod Confessionem Sacramentalem Confessarii tradit Jacob Granadus 5. pars de Sacram. controv. 7. tract. 14. ref. 5. Cum ad Sacramentum Poenitentie accedere sit unum ex difficultioribus, quia humana imbecillitati in lege Christi precepta sunt, reddantur, quod fieri potest minus difficultas quod ad illius usum, seu susceptionem spectat.

Cum igitur Confessarius, secundo opinionem benigniore, quia sit vere, & certo probabile, minus difficultas reddat ea, quia ad Sacramentalis Confessionis usum spectat, licet potest eam sequi.

Quatuor tamen cum limitationibus. 1. Ut solum agatur de honestate actionis, & non in casibus secundis Assertionis. 2. Nisi aliunde constet, aliam sufficitem Legislatoris. 3. Nisi opinio benigna repugnet recepto consuetudini loci. 4. Nisi opinio, quae secundum se est probabile, ob particulas circumstantias loci, temporis, personarum, &c. non sit in individuo, seu hic, & nunc practice probabile. *Ad hanc sententiam sicut etiam dicitur*

62. Tertio, aquae injustum est obligare ad indebita, quam a debitis eximere. Hinc aquae moraliter peccat, & ad restitutionem tenetur Confessarius, qui ex culpabili negligenti in re examinanda, obligat ad restituendum penitentem, qui non debet, quam debiliter cum, qui debet. Et si laxitate erraverant plures, rigore erraverunt alii. Sic S. Cyprianus, dum dixit: Baptizatos ab Haereticis necessariò rebaptizandos. Manichaei tenentes non esse libertum carnis vesici, &c.

63. Sepè audiui dictum: *Extrema sunt virtus.* In medio consistit virtus. Et Ecclesiastes cap. 7. ait: *Injustus perit in iustitia sua,* &c. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas. Hac addidi, non quia sententiam negativam improbare velim, sed solum, ut rigoris titulus illi favere non videatur.

64. Inde clara est solutio ad rationem in oppositum, videlicet, quod sequens opinionem minus probabilem se exponit periculo peccandi. Qui enim elegit opinionem vere probabilem, licet minus probabilem, aut minus tutam, non se exponit periculo peccandi formaliter, quia prudenter operatur, & qui prudenter operatur, non peccat, nam qui peccat, imprudenter operatur.

65. Et licet contingere posse, quod actus illi revera sit contra praeceptum, & quod opinio revera sit falsa, non officit. 1. Quia actus ille solum erit peccatum materiale, quatenus revera à parte rei actus est prohibitus, seu contra praeceptum, & opinio est falsa, at non erit peccatum formale, quia talis malitia, & falsitas non est prudenter cognita, nec voluntaria, inquit actus est prudenter cognitus conformis praeccepto, & opinio ut vera. 2. Quia etiam id contingere potest in propositione putata probabilem, contingere inquam potest ut propositio, quam tu putas

probabiliorē, sit revera falsa, & tua operatio secundum eam sit contra praeceptum, ac prōinde peccatum materiale, quod evidenter constat Deo, nam ex duabus propositionibus contradictoriis una est necessaria vera, altera falsa. Hinc plures propositiones modò sunt dannatae, quæ ante probabilitores putabantur a plurimis.

66. Tertiò, quia qui sic operatur, operatur juxta sententiam in actu signato probabilem; nam sententia, quæ concedit eligi possibiliter opinionem minus probabilem, quando agitur de sola honestate actionis, est probabilior, & tutor: Probabilior, quia magis accedit veritati, ut consideranti rationes pater, & ut tenent omnes ejus factores. Tutor, quia minuit innumerā pericula peccati formalis, minuit enim tot obligationes, quot sunt opiniones probabiliiores in intellectu operantis; tunc autem est vitare pericula peccati formalis, quo Deus certò offenditur, quam aliquis peccati materialis, quo certò Deus non offenditur, cum à culpa mortali excusat ignorancia invincibilis, aut vere probabilem.

Hinc ait Cardenas disp. 4. cap. 1. num. 8. opinionem minus probabilem, quae est vere probabilem, impudenter vacari minus tuam; quia formaliter est tuam, & solum dici materialiter minus tutam, quatenus expounderet peccato materiali.

67. Quartò, quia, qui operatur sequens opinionem vere probabilem, habet conscientiam practicę certam, quod licet operatur; ultra enim actum opinativum directum, explicitè, aut virtualiter habet actum reflexum, quo certò judicat se licite operari, dum hic, & nunc operatur secundum opinionem vere probabilem.

68. Dices 1. Qui sequitur opinionem minus Probabilem, relicta opinione sibi probabiliori, agit contra conscientiam, agit enim contra iudicium proprium, quod oppositum magis veritati accedit; igitur peccat. 1. Quia ad Rom. 14. *Quod non est ex fide peccatum est.* Et ex C. Ex literis, de Refut. spoliat. *Quod sit contra conscientiam adsciscit ad gehennam.* 2. Quia agit cum formidinem de opposito, & se exponit periculo peccandi.

Resp. negando antecedens; hic namque non agit contraria conscientiam, sed juxta conscientiam certam; certum inquam est.

Quod opinio, de qua loquimur, licet sit minus probabilem, sit vere, & certo probabilem; quia graviter fundatur. Et quia (ut advertit Mendo) opinio certò probabilem non amittit suam probabilitatem per aliam probabilem, sed per aliam certam; quoniam probabilitas solum certitudini, aut falsitati opponitur. Et major probabilitas non excludit falsitatem: Hinc ex Arist. *Multa falsa sunt probabiliiora veris.*

Certum insuper est 2. Quod quilibet posse prudenter, & licet operari juxta opinionem vere, & certò probabilem, igitur certum est, quod posse quis prudenter, & licet operari juxta illam.

Quod

## Conscientia Probabilis.

Quod iudicium est certum, cum sequatur ex duabus premisit certis & hoc iudicium est conscientia. Conscientia enim est iudicium conclusio particularis, seu dictamen de actione, hic & nunc licita, vel illicita ex num. 5.

Unde, qui hic, & hinc agit juxta opinionem minus probabilem, non agit probabiliter, & cum formidine, sed certo certitudine, quod actio sic prudens, & licita; agit enim juxta iudicium ultimum jam explicatum; quod est certum; adeoque actio agentis remote fundatur in probabilitate, & formidine, proxime vero in certitudine iudicij ultimi, quod est conscientia. Quod sufficit, ut quis prudenter, & licite agat, abfque eo quod periculo proximo peccandi se exponat; alioquin nulla actio, quæ per opiniones regulares est licita; quia eo ipso, quod est opinio, licet probabilior, formido remota non potest à iudicio ultimo excludi. Sufficit igitur ad licite operandum; quod conscientia certitudinem taliter habeat, quæ formidinem proximan excludat.

Tum, quia (ut ait Mendo) reguli operandi non est probabilitas, sed recta ratio: videlicet ultimum iudicium practicum, seu conscientia; adeoque, si eum non tenetur quia ad melius in genere boni, ita neque ad certò probabilius in genere certò probabilem.

Item; quia hic operans potest habere iudicium reflexum, quod opinio, quæ sibi aparet minus probabilis, sit probabilior, inquit in re vere, & quidem prudenter; quia regulariter opinio, quæ uni, aut eidem modo appetit probabilior, alteri, aut eidem postea appetit minus probabilis.

Confirmatur; quia qui sic operatur; non iudicat opinionem probabilem esse veram, aliquo iudicaret oppositam, juxta quam operatur, est falsum; cum una sit veritas; sed solum iudicat eam magis verare quam operari, sapientem, quia magis apparente vera, re ipsa sunt falsa. Hinc Cajet. 2. 2. quest. 10. art. 7. in fine: *Contingit aliquando magis appareat, percipi, & satisfaciere, & movere argumenta falsa, quam solutiones eorum.*

69. Dices 2. Qui agit juxta opinionem minus probabilem in concuso opinionis probabilioris existentis in eodemmet suo intellectu, iudicat actionem suam esse probabiliter, immo probabiliter illucitam; ergo peccat.

Res. cum Vericelli tract. 2. quest. n. 4. iudicium illud de malitia actionis esse speculativum, non practicum; nam eo ipso, quod voluntas se determinat ad agendum iuxta iudicium, quod habet, quod actio sit vere probabiliter licita, practicè, & exercitū iudicat esse licitum, & sic non peccat; sed solum adest tunc formido peccati, minimè iudicium practicum, quod peccet.

Conformat, ut sequitur: *Alioquin sequeretur (quod etiam futurum Cajet. tom. 1. opus. ult. resp. 13. in fine) scrupulosum, qui cum iudicio practice scrupulo operare-*

*tur mortaliter peccare; quod est durissimum; nam devotissime mulieres & viri scrupulosi infiniti peccata mortalia quotidie committerent; cum tamen doctissimi Confessarii, nec eos audire carent, inquit etiam sine premissa Confessione plenunque iubent fastam accipere Eucharistiam.*

70. Plures rationes in oppositum sileo, quia sat solvuntur ex dictis. Aliæ confundunt probabilitatem cum dubio, in quo iam dictum est num. 32. partem tuitorem esse eligendam. Aliæ confundunt consilium cum præcepto, quando non negamus consilium esse sequi opinionem probabilem. Aliæ deum loquuntur non de vera probabilitate, sed de tenui, quam quidem jam respundam esse diximus num. 63.

Fator tamē, quod, si stante probabilitate opinionis, tu habes promptum modum ad indagandam certam notitiam veritatis ad eam teneris, & ea habita, juxta eam operari obligaris, relata omnī opinione, tam minus probabili, quam probabiliori quia certudo omnem, vincit opinionem, cum essentialem excludat formidinem; tunc enim evadis certus de fallitate opinionis.

Hinc accende aliqua experientia, quæ rem certam reddat, aut determinatione Ecclesie, haud amplius licet sequi opiniones prius putatas probabiles ei oppositas.

71. Ex his sequitur 1. Aliud esse, opinionem esse probabilem, & aliud esse tuitorem. Opinio dicitur probabilior, quotenus ex vi rationum appetit magis veritatis accedente. Dicitur tutor, quia magis excludit peccatum: unde in dubio, an emiseris votum, licet tuitus sit, si exequaris, sic namque nunquam commites peccatum, neque materiale; probabilitas autem est quod non obligatur, quia non est facienda solutio certa pro debito incerto; in quo autem sensu sapere opinio probabilior dici potest etiam tutor, vide n. 29.

72. Secundò, posse unum sequi opinionem probabilem alienam; qui tunc non dicitur agere contra conscientiam propriam, sed suam conscientiam conformare alienam, & facere hic, & nunc propriam conscientiam alienam prudenter, forte veriore; sapientem enim amor proprius obnubilit intellectum. Eadem ratione potest quis dare consilium juxta sententiam suam contrariam vere probabilem.

73. Tertiò, teneri Confessarium absolvere conscientem alias disputationes, juxta sententiam ipsius ponitentis, dummodo sit vere probabilis; quia ponitentis haberet ius ad eligendam opinionem vere probabilem, & ut alias disputationes absolvatur.

74. Aassertio 2. Non licet sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutori, si exinde sequatur certa injuria, aut periculum gravis mali, sibi, aut tertio: vel si adiit conventio, aut lex in contrarium, sed tunc tenetur sequi opinionem probabilem, & tuitorem.

Ratio est, quia opinio tutor est, quæ non ex-

po-

ponit pericolo certa injuria, aut gravis damni proprii, vel alieni; minus tanta est, quæ ad id exponit; ex precepto autem tenetur in nostris actionibus vivere certam injuriam, aut grave damnum proprium, vel alienum, adeoque sequendo opinionem minus probabilem, & minus tutam, non possumus actionem nostram cohonestare, quando ex illa sequitur periculum certa injuria, & gravis damni. Unde, si quod propriæ arborem moveri vides, probabile putes esse feram, probabilius tamen, aut etiam probabile putes esse hominem, abstinere debes à jaculando, ob periculum gravis damni, usquequo majori, & sufficienti adhibita diligentia, firmiter judices esse feram.

## IN SACRAMENTIS

**T**am administrando, quam recipiendo non licet sequi opinionem probabilem, reliqua tunc, quoad valorem, extra casum necessitatis, quia exponeretur sacramentum periculo frustrationis, quod nedum cedit in grave damnum recipientes, qui exponit pericolo, ut privetur fructu sacramenti, verum etiam in certam injuriam, & irreverentiam sacramenti, quod exponit pericolo, ut frustretur finis, ad quem fuit à Christo institutum.

Ubi Pontifex (ut vides) vult te debere sequi opinionem tunc, etiam tunc sit minus probabile. Cardenas dis. 3, nam absoluere excludit opinionem probabilem in concurso tunc.

76. Hinc non licet baptizare in lixivio, aqua rosacea, nivali, aut in digito; quia hæc opiniones probables sunt minus tutæ, quæ exponunt sacramentum periculo frustrationis, non sic opiniones oppositæ negative.

77. Licet autem in casu necessitatis, quia tunc dicte opiniones minus tutæ evadunt per accidens tunc in comparatione ad carum omisiones: unde, si in necessitate baptizandi infans, non adsit possibilitas habendi aquam naturalem, aut cum ablucio in capite, licitum est eum baptizare sub conditione in lixivio, in digito, &c. quia in tali casu tunc agit salutem animæ infantis, quam nullo modo eum baptizando.

78. Sacra menta enim cum fuerint à Christo infinita in salutem fidem, in casu extremae necessitatis, de mente Legislatoris, cedunt juri suo, ne exponantur periculo nullitatis, ut fideles non exponantur periculo damnationis: Et inde sit, ut per accidens Religio prævaleat charitas succurrenti saluti animaliæ extremè indigentis.

79. Ecce maximè, quia in hujusmodi casu nulla injuria sacramento irregaretur; quia exerceretur sub conditione prudenter concepta, ut ritè advertit Sieri, num. 80.

80. In his autem casibus, in quibus sacramentum confertur juxta opinionem minus tutam, aut cum requisitis dubiis, sacramentum, necessitate cessante, est iterandum sub requisitis certis. Hinc infans ex necessitate baptizatus in digito, baptizari debet in

capite, hoc apparente; idque ob charitatem proximo debitam, ne exponatur damnationis periculus; cum fuerit baptizatus juxta doctrinam dubium, aut probabile minus tutam.

81. Quando agitur de solo modo administrandi, aut recipiendi sacramentum, qui non redundat in valorem, quatenus valor semper est certus, licet sequi opinionem minus tutam, sed verè probabilem, juxta dicta in 1. assertione v. prop. danni ab Innoc. XI. p. 3.

DE VALORE SACRAMENTI QUANTUM AD EA,  
que pertinent ad Jurisdictionem Ministri.

**D**Idacus de la Fuente, Hurtado in sua Theol. Refor. novissimè ann. 1701. edita, tenet, circa jurisdictionem, & alia, que ad valorem sacramenti ex dispositione Ecclesiæ requiruntur, licitum esse uti opinione probabili; quam sententiam dicit esse moraliter certam, & firmat auctoritate quæplurium Doctorum.

83. Cardenas dis. 2. num. 139. refert, quod sequitur: Dicunt aliqui se audiriisse à Theologis Romanis, qui adseruerunt tractati de condemnatione harum propositionum, non suffici intencionem Pontificis, nec S. Congreg. quod damnatio prima propositionis intelligatur de iis, que pertinent ad jurisdictionem, cuius concessio, extenso vel limitatio spectat ad Ecclesiæ, sed damnatio de his, que sunt iuri divini, scilicet de partibus sacramenti penitentie.

84. Quidquid autem de hoc sit. Præmitto cum Cardenas, quod licet sit ius Ecclesiastici jurisdictionem Sacerdoti conferre, ampliare, aut restringere de jure divino est, quod nullus Sacerdos possit validè sine jurisdictione absolvere. Colligitur ex Trid. sest. 14. cap. 7. quo præmissio.

85. Dico: In sacramentis, tam administrando, quam recipiendo, extra casum necessitatis, non licet sequi opinionem probabilem minus tutam, reliqua tunc, quod jurisdictionem Ministri, nisi opinioni probabili addatur circumstantia, quæ reddat jurisdictionem moraliter certam. Cardenas cit.

86. Ratio primæ partis est eadem de n. 75. quia iurisdictio spectat ad valorem sacramenti, ita ut sine ea non minus frustraretur sacramentum, quam sine materia, forma, aut intentione.

87. Ratio secunda: quia tunc non sumus in linea puræ opinionis probabili, sed in linea doctrinæ certæ.

## DECLARATUR:

**T**alis circumstantia adest, si sententia minus tutæ accedat determinatio Ecclesiæ, Decisio Sacrorum Canonum, consuetudo, communis census Theologorum, & Patrum; aut si opinio tunc sit in probabili, non verè probabili, sed tenuis probabilitatis, vel scrupulosa.

89. Hinc primo tunc est ad sacramenti penitentiae valorem, si adhibeamus contritionem, seu amorem benevolentiae. Et tamen sententia docens suffi-

sicere attritionem, est licita in praxi; quia quamvis non sit ad Ecclesiæ definita, est moraliter certa; nam Alexand. VII. per Decr. die 5. Maii 1667. in virtute sanctæ obedientiae, & sub excommunicatione S. Sedis reservata prohibuit ulli parti confiram inferre.

90. Et ritè, quia timor gehennæ sine amore benevolentiae, potest per se excludere omnem voluntatem, & amorem peccandi. Hinc Math. 1. Christus timore ad penitentem invitat: Dico vobis timete eum, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam. In super attritione ex puro timore gehennæ est actus honestus, utilis, & supernaturale, est enim donum Dei, & impulsus Spiritus Sancti, ex Trid. sest. 14. cap. 4. Illam verè attritionem quantum ex gehennæ metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, & declarat donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsus, quo penitentis adiutor viam fibi ad justitiam parat. Et quamvis sine sacramento penitentia per se ad justificationem perducere peccato nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento penitentie impetrandam disponit. Vide propositiones 14. & 15. ab Alex. VIII. damnatas, pag. 6.

91. Secundò: Tutius est in articulo mortis cum sacramento in re elicere actum contritionis: & loquendo de mediis necessariis ad salutem, tenetur sequi sententiam tunc. Et tamen licet docemus, in articulo mortis nos non teneri confiteri cum contritione perfecta. Diana, pluribus in locis, & Sicri n. 116. quia, quod sacramentum penitentie sufficiat cum attritione, est moraliter certum.

92. Id dico de contritione quantum ad confessionem secundum se considerat. Ceterum independenter ab illa; si alii temporibus, magis in articulo mortis quilibet fidelis ex præcepto tenetur ad elicendos actus fidei, spei, & charitatis. Item tunc tenetur ex præcepto charitatis elicere actum contritionis, non pro valore sacramenti secundum se considerari, sed quia cum non sit physicè certus de Ordinatione, de Baptismo Ministeri, in eo articulo, ex quo pender æternitas, debet suæ animæ salutis confulere omni meliori modo, quo potest.

93. Tertiò: Tutius est cum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. Quod summus pontifex non posset in Voto solenni caltitias dispensare, & tamen, ut referit, ex publicis historiis. Del-Bene, par. 2. de Inquis. d. 236. sest. 65. part. 12. Alexander III. dispensavit cum Nicolao Juttiniano Veneto Monacho professo, ut, ne ejus illustri familiæ extingueretur, uxori rem duceret: quod fecit: & novem filii suscepit ad Monasterium reddit, miraculis postea clarus. Innoc. II. dispensavit cum Ramiro Monacho professo, ob mortem Regis Aragoniæ fui Patris, & sic uxorem duxit, & Regnum. Cœlestinus III. dispensavit cum Constantino filio Regis Siciliae Moniali professa in Monasterio S. Salvatoris Panormi, ut nubaret Henrico sexto Imperatori. Greg. XIII. dispensavit cum Germano Cardenal Joye Sacerdote professo, & Provinciali Capuccinorum. Clemens III. dispensavit cum

pluribus religiosis professis Equitibus Alcantaræ, & Calatravæ, ut uxorem ducerent, eo tempore quo castitatem absolutam vovebant. Ita Del-Bene.

94. Cujus ratio est, quia nulla est firma ratio in contrarium. Non ratio voti; quia inducit obligationem humanam, cum sit promissio facta ab homine. Et alias neque in votis simplicibus posset dispenseare. Nec solemnitas; quia est inducta ex solo jure Ecclesiastico, ex cap. unio deoro.

95. Cui non obstat, ratio opinionis oppositæ; quod votum castitatis sit essentialiter annexum statui religioso; quia hoc solum probat, quod status religiosus non possit consistere sine tribus votis solemnibus; que proinde dicuntur vota substantialia Religiosi: at non probat, quod status religiosus sit horum essentialis, ut non possit ab illis divelli.

96. Eo maximè, quia status religiosus non consistit in aliqua consecratione distincta ab ipsa obligatione votorum, ut status ordinis faci. Solum igitur sequitur quod non possit fieri Monachus sine votis; minime, quod non possit fieri de Monacho non Monachus.

97. Insuper: non est minus solemnne, & annexum statui religioso votum paupertatis, & obedientiae, quam castitatis, & tamen potest summus pontifex ex causa in illis dispensare. Del-Bene cit. sest. 67.

98. Quartò: Tutius est, quod summus pontifex non possit dispensare in matrimonio rato. Et tamen plures pontifices dispensaverunt. Et ex justa causa licet posse, docet communis, sicut potest matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvi, ut ostenderimus infra cum de Indissolubilitate matrimonii.

99. Quintò: Tutor est opinio, quod, qui urgente necessitate communionis, aut ex bona fide, & cum confessario nesciente peccatum esse reservatum, una cum non reservatis, confiteatur reservatum, non sit absoluere à reservari. Et tamen licet docemus, & tenemus esse indirectè à reservatis absoluere: quia hac sententia est moraliter certa, tam ob rationem intrinsecam, quæ infra in suo loco, quam ob proximam communem, & consuetudinem, quæ dat jurisdictionem.

100. Sextò: Tutius est, in confessione dumtaxat venialium, aut mortalium alias rite absolutorum explicare numerum. Et tamen ad eum nos non tenet licet docemus; quia sententia negativa est moraliter certa; nam sicut venialis, & mortalia alias rite absoluta sunt materia libera, & voluntaria quod substantiam; ita quod numerum; & contraria opinio, vel est tenuis probabilitatis, vel scrupulosa.

## MEDICUS

101. **T**enetur tunc adhibere medicinam, si possibilis adsit, tam ex charitate, quam ex iustitia, si mercede accipiat, ratione pacti impliciti cum infirmo de tutori medicina adhibenda: unde medicus considerare debet tam suæ

rationes, & experientias, quām experientias, & auctoritatem peritorum. In casu autem, quo desperata vita infirmi, adhiberi potest medicamen incertum; quia tunc per accidens evadit tutius, ut in simil. num. 77.

## PERSONA PRIVATA

102. **N**ON potest propria auctoritate occupare rem ab alio bona fide posselam, licet probabile, inđ probabilitus paret, rem esse suam; quia ex reg. 36. de Reg. juris: *Bona fides tantumdem possident prefat, quantum veritas; quies lex impedimento non est.* Et rite; alia pax publica mutuis rapinis, & violentiis perturbatur.

REX

103. **N**ON potest Bellum alteri indicere ad invadendum Regnum ob ius tantum probabile, & non certum, ob gravissima dama, quæ ex bello sequuntur. Tum quia alteri faverit possilio. Subdit tamen communis Doctorum, quod tunc res decidi posset per judicium, vel arbitrios: *quod si altera pars judicioflare nolit, propter hanc injuriam potest invadiri.* Mendo in Epit. verb. *Bellum*, n. 2.

104. Cum iniūtē invaditur, & alia media non sufficiunt, potest indicere bellum.

105. Oferenti ante primum conflictum verè & sine prudenti dubio simulationis plenam satisfaciēnem, non licet bellum inferre. Quod si conflictus praeceperint, & hinc indē mortes, non tenetur à bello desistere; quia se habet ut Judex procedens secundum iustitiam vindicativam contra perturbatores sui Regni. Mendo in Epitom. n. 6.

106. Bellum potest esse non materialiter, & à parte rei, sed formaliter utrinque iustum, quatenus unus certò judicat habere ius certum ad rem, & vera habeat. Alter certò judicat idem, sed cum invincibili ignorantia juris certi alterius.

107. Milites (nisi eis de iustitia constet) præsumere possunt bellum esse iustum, & à Principe diligenter per Theologos, & viros doctissimos (uti debet) examinatum. Vide de Bello.

## J U D E X,

108. **S**i, causa mature examinata, invenerit, unam partem esse probabilem, non potest decidere juxta minus probabilem; sed tenetur opinionem probabilem eligere; ad quod obligatur ex contracta, quem cum Republica tenet, de ministranda iustitia meliori modo quo potest, per quem cessit iuri suo de iure opinione minus probabilem.

109. Tum quia Judex est institutus à Republica, seu Princeps, ut unicuique juxta merita cause ius suum tribuat, ne sit acceptator personarum; pars autem illa, pro qua ita opinio probabilior Judicis, majora habet merita, & majus ius in causa, adeoque juxta ea decidere debet. Vide prop. 2. ab Innoc. XI. damn. pag. 3.

110. Hinc, quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, peccat mortaliter Judex,

& ad restitutionem tenetur, si munera accipiat, ut ad unius potius favorem Sententiam proferat. Vide prop. 26. ab Alex. VII. damn. pag. 2.

111. Hinc dicunt plures: *Quando autem una pars non appetit altera iusta probabilior, debet Judex, vel rem inter litigantes ex equo dividere, vel si dividit nequit, aliter utrius parti satisfacere.* Nisi forte alter litigantium, vel si possessor, vel sit reus, cui etiam contra ad rem facit possilio. Excipi etiam solent cause, que vocantur pie, & privilegia, quales sunt cause pro matrimonio, dote, libertate, pupillo, pro quibus judicandum est, ceteris paribus, etiam contra reos; quia ius positivum ita disponit, ius, quod ita disponit est cap. fin. de sent. & de iud. Et quidem ita Judex gerere debet, quando putat rationes partium esse æquè probabiles, aliqui qui esset acceptator personarum.

112. Judex, si sit moraliter certus de probabilitate sua opinionis, non potest suum judicium alieno iudicio subjicere, quia est moraliter certus de obligatione judicandi. Si vero non sit moraliter certus de probabilitate, sed solum probabiliter putet, eam esse probabilem (ut sapere contingere solet) tunc potest alieno iudicio se conformare; cum enim non habeat certitudinem de sua probabilitate, potest aliorum peritorum judicium melius existimare.

113. Quod Judex sequi debet opinionem probabilem, est universaliter verum, tam in causis civilibus, quam in causis criminalibus: per hoc autem non sequitur, quod in causis criminalibus non possit Judex sequi opinionem directam minus probabilem, si opinio reflexa, seu ultimum judicium, quod secundum eam sit decidendum, sit probabilior. Ita Cardenias, qui adducit exemplum: dato inquam, quod haec propositio directa: *Judex tenetur admittere appellationem in causa capitali*, sit minus probabilis; Judex si discutir per aliam reflexam: *Hac opinio, quod Judex tenetur admittere appellationem in causa capitali*, est reo favorabilis; igitur est ad proxim deducenda: ubi licet prima propositio directa sit minus probabilis, secunda reflexa, seu ultimum judicium, quod juxta eam sit decidendum, est probabilius: inđ certum, nam Judex judicare debet juxta opinionem reo favorabiliorum, ex Reg. II. *Juris in 6. Cui sunt partium iura obscura, reo favendum est potius, quam ador, & ritè; quia reus est in possessione sua innocentia, qua spoliari non debet, nisi certò constet de delicto; non constat autem certò, si pro reo stat opinio directa minus, sed verè probabilis, adeoque judicium ultimum reflexum, quo Judex judicat esse decidendum juxta opinionem directam minus, sed verè probabilem, utpote favorabiliori reo, est probabilius; & consequenter etiam in causis criminalibus verum est, quod Judex debet sequi opinionem probabilem.*

QUÆ-

## Conscientia Probabilis.

## QUÆRES I:

114. *An Judex tenetur condemnare reum legitimè per testes convictum, quem tamen privata scientia (quatenus r. gr. occisorem vidit) noscit esse innocentem?*

115. **C**ertum est, quod teneatur adhibere omnina media ad eum liberandum, puta impediendo accusationem, utendo aliis examinibus, & diligentiss ad comperiendam testimonia falsitatem, dissimulando custodiā carceris, ut fugere possit, remittendo ad Judicem Supremum, qui eum possit de potestate absoleta liberare, manifestando publicè, & cum juramento innocentiam ejus.

116. Quod si nullum ex his praestare possit ad eum liberandum (quod non est verisimile in praxi) tunc.

117. Prima opinio tener, Judicem eum condonare debere. D. Thom. q. 67. art. 2. quia Judex agit personam publicam, & sic judicare debet secundum noritiam publicam, qua habetur per allegata, & probata. Alias quilibet Judex fingeret posset, se habere privatam scientiam de innocentia, & sic resibi bene affectos liberare, quod credit in grave Reipublica detrimentum.

118. Secunda Sententia est, quod non possit eum condemnari, & si urgatur, debeat à se judicium illud abdicare, Maistrus disp. 6. num. 25. Filiac. Toletus, & alii.

119. Et licet prima Sententia sit communior; hac secunda, quam sequor, est mihi probabilior; quia occisio directa innocentis est ab intrinseco malo, ac proinde iuri naturæ, & divino repugnans. Unde Exodus 22. præcipit: *Innocentem, & iustum non occides.* Lex vero obligans ad judicandum secundum allegata, & probata, est positiva humana.

## QUÆRES II:

120. *An possit condemnare eum, quem sit esse reum, licet non probetur per testes?*

**D**ico cum communiori, quod Judex inferior non possit; quia non potest derogare legibus Superioris, sed tenetur juris ordinem servare de jure dictum secundum allegata, & probata.

121. Judex vero Supremus, ut Princeps absolutus, potest solum ad impediendum malum grave, quod ex vita illius Reipublicæ imminaret; quia bonum publicum est præferendum vita privata. Ordinariæ autem non possit, quando crimen est occultum; quia ius probationis per testes, & defensionis rei, competit reo ex iure naturæ. Maistrus citatus num. 27.

## ADVOCATUS,

122. **I**cet moraliter peccat, & teneatur ad damna utriusque partis, si defendat causam manifeste injustam; non sic, si tuerat causam minus, sed verè probabilem, & sic spes, ut apud Judicem satis probetur. 1. Quia sapere causa, que uni minus probabilis, alteri probabilius appetit. 2. Quia Advocatus gerit munus clientis, qui fecit habet ius, suum probabile ius Judicii aperiendi, ita, &

Advocatus. 3. Quia nulla exinde iuria infurit parti, cum Advocatus causam non definit, sed decidendam relinet Judicii juxta merita, omnibus auditis. Vide Propos. 3. ab Alexander VIII. damn. pag. 6.

123. Dixi: *ad damna utriusque partis:* Nam tenetur restituere parti contraria, quia fuit illi causa positiva damni. Clienti vero per omissionem, quatenus ignorante non mouit, ad quod ex officio tenebatur. Si vero cliens erat conscientis de iustitia cause, tunc non tenetur illi restituere.

124. Item peccat, & pariter ad restitutionem utriusque parti teneat, si defendat articulum iustum causa iniusta, ut sic partem contrarium impedit, vexet, pervertat, &c. Vel si in progressu cause iustitiam noscat, & clientem non moneat, seu causam prosequatur. Busemb. De Officio Advocati.

125. Peccatur contra iustitiam, & ad restituendam dannorum, tenetur, si rationes, aut secreta causa justæ clientis parti contraria aperiat. Si imperitus manus Advocati exerceat. Si cum prejudicio clientium cauſarum expeditiones notabiliter differat. Si supra vites plures accepter, quām expedire possit: Nisi cliens super hoc monitus, attenta eximia Advocati peritia, sit contentus.

Demum peccat, si utriusque parti in eadem causa patrocinetur. Vel in eadem causa, in qua est Judex, aut Adiutor, agat Advocatum. Busem. cit.

## DE PROCURATORE, SECRETARIO, Notario, &amp;c.

126. **E**adem respectivè dicenda veniunt. Procurator peccat, si nomine clientis iurit, ab eo non informatus, cum periculo pejerandi. Si suader reo, aut clienti legitimè interrogato, ut veritatem negat. Si adiudicat partes ad concordiam iniquam. Si petat terminos impertinentes, aut dilationes superflueas.

Secretarius peccat, si juramentum violat. Si arcana prodat. Si dicta testimoniū fideliter non transcribat, sed immixuat, exaggerat, mutet.

Notarius publicus peccat, si juramentum violat. Si testamentum hominis sibi rationis detulit scribat. Si solemnitates necessarias ex culpa omittat. Si acta negligenter custodiatur. Si dicta tertium ante eorum publicationem parti contraria aperiat.

Si Sententiam non jam publicatam manifestet. Si acta, seu instrumenta maximè legata continentia parti petenti occultet. Busem.

## DE REO, ET TESTIBUS

**F**use dictum est in *Juramento Judiciali, Restrictione mentali*, in y. IIII. Præ. Dec. & in tom. 2. de Monitoris.

## DE REO CIRCA FUGAM POENÆ

127. **H**ec tradit Busem. lib. 4. cap. 3. abo. „Res. Quando Sententia est materialiter iniusta, C, la-

, lata tamen secundum allegata, & probata, est in conscientia non obliget, non potest reus Judicii posse, sive resistere; tum ob scandalum, tum quia tali causa Judex haber jus Sententiam exequendi, & ad id tenetur. Ita communiter Less. Sane. contra Vict. Bon. Card. de Lugo, d. 4. n. 38.

, Dixa, positive: quia reo, etiam si verè reus sit, licet, ait, & post Sententiam (quod mortem, vel paenam morti equivalentem, v. g. perpetuum, carcere) fugere. Ratio est, quia qualibet tam magnum ius habet ad vita sua conversationem, ut nulla potest humana obligare possit, ad eam non conservandam, si spes commoda ostendatur, nisi tamen bonum publicum aliud postuleret. Less. l. 2. c. 31. d. 5. Unde resolvetur:

1. „Regulariter reo licet fugere, etiam si custos carceris grave damnum inde pulsus sit, (saltum nisi juraverit se manusfum) quia uitio suo iure, & nisi nulli facit injuriam. Filiuc. l. 40. cap. 4. n. 274. Azor. Less. d. 5. n. 31. nisi tamen charitas alius suadeat, ob damnum custodis præponderans. Vide Bon. d. 10. q. 3. p. 2. n. 13. Less. l. 1c.

2. „Multo magis licet fugere, ne capiatur, vel etiam à Ministro apprehendente, se excutere; non tam illi vim inferre, vulnerando, percutiendo, &c. ibid. & Reg. l. 24. n. 4.

3. „Licet etiam, saltum in foro conscientia, custodes (præficia vi, & injurya) decipere, tradendo v. gr. cibum, & potum, ut sponantur, vel procurando ut absint; item vincula, & carceres effingere, quia cum finis est licitus, etiam media sunt licita. Et licet illi captivi per effractionem parietem simul elebantur, non tenebuntur de damno quia tantum est eis causa per accidens, cum jure suo utatur. Nec refert, quod leges, & Magistratus quidam tales effractores graviter puniant: id enim sit, quod vel contraria Sententiam sequuntur; vel ex presumptione, quod vim intulerint custodibus; vel quod propter bonum Reipub. ea poena statuta sit, Filiuc. l. 6. Tamb. dist. 4. q. 4. dub. 5. ex aliis multis. Vide Cardin. de Lugo, d. 40. seq. 4.

4. „Illi, qui non sunt Ministri Justitiae, licet, non solum consilio juvare reum, ut fugiat, sed etiam suppeditatis instrumentis v. gr. funibus, līma, &c. quia finem alteri licitum illi suadere, & ad eundem media proponere licet. Less. l. 1. dist. 6. n. 30. Tamb. l. 6. Syl. Turr. Vals.

5. „Non tamen licet juvare in effractione carceris, ut habet communis; tum quia executive ipsa effractionis foli reo licita est, propter ius vita conservandæ; tum ne aliqui omnis securitas carceris percant. Less. l. 6. Bon. dist. 10. q. 3. p. 1.

#### CONSCIENTIA SCRUPULOSA,

128. SEU scrupulus, est inanis apprehensio, & hinc ortus timor, & anxietas, alicubi esse peccatum, ubi non est. Dicitur inanis apprehensio, quia oritur ex iustis, aut levibus metivis, &

est cum incertitudine, & magna formidine alterius partis, adeoque torqueat animam. Nec differt à suspicione, quae est inchoatus, & imperfectus assensus ad unam partem inclinans.

129. Causa scrupuli sapientia est ignorantia, sapientia humor melancholicus, & tunc dicitur pulsillanimitas conscientia, quae contingere solet etiam in viris doctis, præsternit quod proprias actiones.

130. Signa conscientia scrupulosa sunt: 1. Si post peritorum, aut prudentis Confessarii judicium, non acquiescat, sed adhuc maneat anxius, & inquietus. 2. Inconstans in mutando frequenter de eadem re judicium. 3. Frequens formarum varietas, in eadem re apprehendenda. 4. Multiplicitas reflexionum impertinentium circa innumeratas rei circumstantias. 5. Experientia, quod sapientia talia sine gravi fundamento apprehenderit, licet quoad alienas conscientias resolutus, & intrepidus se habuerit.

131. Remedia conscientia scrupulosa sunt plura: 1. & principalius eligere Confessarium peritum, aut virum doctum, & ejus consilio, & iudicio, proprio iudicio postposito, firmiter acquiescere, nec illud in examen adducere, etiam si scrupulosus sit vir doctus. 2. Euge otium, & vagas cogitationes, quia sunt scrupulorum fomentum. 3. Nil judicare mortale, nisi id certò sciat. 4. Scire, quod ex præteritis confessionibus nil tenetur repete, nisi certò sciat esse mortale, aut non esse confessum; non est autem certus, quando dubitat. 5. Infra requisita ad peccatum mortale.

132. Et quamplures Doctores addunt privilegia scrupuloso est. 1. Ut non teneantur in agendo ad examen, & diligentiam tantam, quantum alii; sed ad valde mediocrem. 2. Quod non teneantur consenserit dubia, sed quia certò jurare possunt, quod commiserint, ac confenserint, & non sint confessi.

133. Ratio est, quia in scrupulo, ex nimio timore peccatum turbatur ratio, ut non possit recte rem examinare: & magis turbatur, quanto magis in illa anxietate perdurat; non teneatur autem quis integratim materialem confessionis procurare cum tanto damno anxietatis perpetua: imò cum periculo majoris mali, nam si contempnendo scrupulos per prefata remedia se exponit scrupulosus ad aliquod periculum peccati materialis, illum non contempnendo se exponit majori periculo, nempe periculo quam plurimum peccatorum formalium; nam scrupulosus suis scrupulis innumeratas obligationes indebitas sibi efformat, quas non habet vir sani intellectus; & ita dum est anxius in vitandis peccatis, eadem via ad illa se exponit, quoniam suis humanæ fragilitati, ad labendum obnoxia innumerata præcepta, non vera, multiplicata.

134. Quia ratio est maximè à scrupulo attendenda, quia est efficacissimum remedium, ut ex se scrupulos omnino deponat.

135. Non deposita, sed stante conscientia scrupulosa, si non judicet quis esse scrupulum, peccat, si-

five contra, five juxta eam operetur; quia tunc transit in conscientiam erroneam vincibilem, ac proinde eodem modo est de ea discurrendum. Vide à num. 9. At si putet involuntarias actiones, aut omissons contra præcepta esse peccata, non peccat, quia non sunt liberta, & repugnat peccatum, quin sit voluntarium, & liberum.

136. Licet autem operari cum conscientia scrupulosa, seu manente scrupulo, si judicetur esse scrupulus, & contempnatur; ne tunc quis dicatur operari contra conscientiam, quia conscientia scrupulosa non est verè, & proprie conscientia, nisi translat in erroneous, sed est umbra conscientie, utroque falsis, aut insufficiens motibus innixa; hinc qui ex praemissis signis, vel ex Confessarii iudicio sufficiens, sit, se esse scrupulosum, prudenter contra scrupulum agit: imò illum debet firmiter contempnere, & resolute, ac intrepide contra eum operari, ut satius conflat ex ratione præmissa; eo maxime quia major est scrupuli materia, scrupulis non resistere. Ne scrupulus excludit iudicium præcium probabile, aut certum, quod contra eum sit operandum. Et tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam rectam, non ratione sui directe considerata, sed ratione ultimi iudicii practici supra illam reflexi, quo scrupulum patiens, judicat licet, & prudenter suam conscientiam scrupulosa cognitam, esse firmiter contempnendam, & contra eam operandum, quo iudicium præcium est rectum; & moraliter certum; adeoque dicitur conscientia recta, & dictamen prudens contra imprudens.

137. Si probabilitas judicetur esse scrupulus, nec ne; tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam probabilem, adeoque est uti de ea discurrendum.

138. Demum, qui est ita perplexus, ut utrumque oppositorum iudicetur esse peccatum, & non cognoscat esse scrupulum, vel quia non habet quem consultat, vel quia ignorat præfata remedia, vel quia est ita scrupulus datum, ut non obstatibus, adhuc manet dubius, an id scrupulus sit, nec ne, ac proinde se resolvere neciat; tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam dubiam, adeoque est uti de ea discurrendum, ut à num. 117: debet igitur eligere id, quod minus tibi obligare videtur. Quod si neque valeas discernere quod ex duabus appareat minus; tunc potes eligere quod vis, quia cum necessarium sit rem facere, vel omittere, ex necessitate peccares, quod implicat. Vide n. 31. & 70.

139. Ceterum præmissa doctrina, ac rationes sunt tanta virtutis, & claritatis, ut winimè verisimile sit, quod intellectus, iis attentis, non valet faciliter per se refovere, nisi dicas cum rationis expertem.

140. De conscientia tractant Scotus in 2. dist. 39. q. 2. Mastru in Theol. Moral dist. 1. Bafemb. lib. 1. tr. 1. Diana p. 2. tr. 13. p. 4. tr. 3. & alibi. Bonac. tom. 2. à pag. 140. Tamb. tom. 1. lib. 1. cap. 3. Cardenes de dabo, & opinione probabili. Cafropal. tom. 1. tract. 1.

141. Subiectum legis est homo subditus, rationis capax. Hinc infideles non ligantur legibus Ecclesiastici, quia non sunt subditi Ecclesia, bene vero legibus naturalibus, & divinis.

#### CAPUT II.

#### DE LEGIBUS, ET PRÆCEPTIS in genere.

Regula externa actuum humanorum. lumen

QUID, ET QUOTPLEX SIT LEX? similitudin  
gandi subditos.

142. Dividitur in naturalem, & positivam: naturalis est voluntas Superioris præcipiens, vel prohibiens id, quod judicat habere convenientiam, aut inconvenientiam ex propria natura terminorum, quæ pro ut est in mente divina, dicitur lex aeterna; pro ut autem inferitur nobis per lumen naturale, dicitur lex naturalis. Positiva est voluntas Superioris, præcipiens, vel prohibiens id, quod non judicat habere convenientiam, aut inconvenientiam ex natura propria terminorum. Quæ, si est voluntas divina, dicitur lex positiva humana; si humana, dicitur lex positiva humana.

143. Unde lex positiva à naturali differt, quia in naturali objectum ex se, & ab intrinsecis habet, quod sit convenientis, aut inconvenientis, bonum, aut malum, in lege vero positiva objectum solum à voluntate Superioris habet, quod sit convenientis; aut inconvenientis, & quod sit obligans. Hinc lex naturalis est indipensabilis, talis est præcipiens amorem Dei, & veracitatem, prohibiens verò odium Dei, & mendacium, quia amor, & veracitas sunt ab intrinsecis bona; odium Dei, & mendacium ab intrinsecis mala, ita ut Deus non possit mendacium præcipere. Lex vero positiva est dispensabilis, five divina sit, ut lex quadrageimalis jejuniū, five humana de jejuniis vigiliarum, & quartos temporum. Indè necessario debuit Deus prohibere mendacium, libere tamen potuit non prohibere esum carnium, & non præcipere quadrageimalis jejuniū; & si esus carnium est malus, quia prohibitus, mendacium vero est prohibitum, quia malum.

144. Legi igitur positiva humana est voluntas superioris humani debite promulgata, cum intentione obligandi, non presupponens iudicium de convenientia, aut inconvenientia rei ex natura terminorum. 145. Haec, alia est Ecclesiastica, alia secularis, quæ à Superiori Saculari.

146. Quando lex civilis opponitur canonice, observanda est canonica; quia Ecclesia abrogare potest leges civiles, non est contra.

147. Subiectum legis est homo subditus, rationis capax. Hinc infideles non ligantur legibus Ecclesiastici, quia non sunt subditi Ecclesia, bene vero legibus naturalibus, & divinis.